

INLITERA"

RIA E, QVAM TRIVIORVM VO-
cant, palestræ commendationem M. Hiero-
nymus Eccardus Rauinius ad
STUDIOSOS.

Multus adhuc orbis sacrata palatia Phœbo
Sustinet, & Clarios condit ubiq; Lares.
Plurima sunt etiam tentoria festa Minerua,
Est pede Castalidum multa terenda domus.
Inclita nobilibus steterant encomia Musis,
Suntq; sub æternos illa statuta dies.
Omnia Musarum peragunt præconia, magni
Que bisori Solis cunq; sub axe iacent.
Tam non abiectis ierare ornatibus ille,
Laudes ut possent non habuisse suas.
Quare elegi faciles nobis adaptius ite,
Vastaq; non laceræ tendit linea rati.
Eulogion triuia laudes fastosq; palestræ
Musa per alternos emodularc pedes.
Si quando æterne diuinaq; numina Musæ
Nunc celo & terris semper ut ante uigent.
Efficiuntq; moram præstanibus aethere Phœbis
Quælibet inuentu, quælibet arte sua.
Neu teneant tantum Cœlestia regna Camænæ
His quoq; concessit frena tenenda solo.
Juppiter, ac septem de cœlo sydera Musas
Transtulit, emeritos cœsitus & hisce lares.
Nimirum sacris sunt omnia plena Camænæ,
Cœlestis deinceps plenaq; cuncta Iouis.
Atq; academyam uastis in salibus audent
Isyades celebrem condere Phœbe tibi.
Gymnasiumq; struunt ad amæna uireta Licei,
Quò magnum Sophijs ifse Platona ferunt.
Sepe sub umbrosis illic quem uallibus ausum
Aiunt eæ cropias attonuisse nurus.
Nouerat implicitos rerum discindere nodos,
Illi argutus nabat ab ore lepos.
Hic simul andream Romæ primordia uatem
Ad summos recinunt personuisse deos.
Hic tenet heliadas dulcis facundia Pithus,
Multæ Pericla gaudia ab ore fluunt.
Effluit Oceano stillanti Phœbus, & illic
Diuinitas pandit dia Minerua suas.
Quæ Musis faciunt exosa negotia uulgi,
Ut quoq; secessus ruris adire petant.
Quare age quisquis aues musis consultus adesse
Turbida clamosi compita linque fori.
Effuge uerbose quoq; conciliabula plebis.
Tamq; non studijs expeditura bonis.
Otia conquerunt secreta silentia Musæ,
Carminaq; inleni murmure nata canunt,
Quælibet insomni uigilantius obstinat omnem
Hic operam studijs, Pieridumq; choro.

Venit in hos Musis agros comitatus Apollo,
Viseret ut tanti principis ipse σκοληρ
Intulit atq; illuc primum cœlestia musas
Numina Parnasi uertice lapsa solum.
Phœbe sed istud agis, ut nouerit inde dicatas
Quilibet ingenuis artibus esse scholas.
Enitet Aonijs chorus ille sororibus, instar
Coeli conspicuis ignibus astra tremunt.
Hic Charites resident diuine stirpis alumnae,
Et Superum uates magnus Apollo sedet.
Hic Sophie sedes, cythara non lensus & omnem
Eximis Musis huc Helicona tulit.
Virtutum genitrix, hic incrementa Deorum.
Hic Charites, summi diuinitaq; dei.
Hic Dea Gymnasi fultis sub postibus una
Mæonas in dulces que tibi monstrat iter
Virgo stat ore nitens, puroq; illustris amictu
Ingenite specimen nobilitatis habens.
Protinus Aonijs si quis decurrit ad arcus,
Ritos inde prius libret ad alta gradus.
Discutit hec nebulas uocum, fandiq; magistræ.
Hac Phœbi egressus introitusq; patent.
Qua duce cum Musa propior uersaberis illa
Que Dea Parmenij creditur esse senis.
Destinat esculeo libratum cuspide cornu.
Et teres inuicto stat pugione latus.
Illi exultat nemus inspiratibus omne,
Et ueri uolant emula turba canes.
Tempora non quanuis auro percussa nitescant,
Sunt Phœbi lauro cæsariata tamen.
Vtilibus faciles exercet litibus artes,
Inq; omnes aditum sola uiuamq; dabit.
Quam sequitur medio uarios exculta per artes
Castalioq; bibens pocula mista uado.
Musa ferens solido splendore nitentia uerba,
Et quoq; facundos non sine lege pedes.
Illi facilis ebullit nymbus ab ore,
Oreq; ab illius fulmina sæpe ruunt.
Musarum uiuax candescit luce sub illa
Gloria, & aeternum non obitura uiget.
Qua sine Phocaica debent tellure Camænæ
In caput ignotæ delituisse suum.
Hec est effigies triuialibus indita Musis,
Sic quarum in laudes horrea multa patent.
Et Superis quondam toto cœlestibus orbe
Exitit illius prodiga fama scholæ.
Qua Sophie septem parnasia numina Musæ
Imperio subiungit regna prophana suo.
Discit sed triuias pueri, nam deniq; in illis
Multi jugo stabit fertilitate seges.
Aurea Rhetorice & pleno dialectica cornu
Quælibet ut studijs apta patrona bonis
Ingenuos mystas, comites fidæq; ministræ
Uberibus proprijs quos aluere diu.
Artibus Aonijs simul crudiere sub umbris,
Quosq; sagittarunt ubere lacte suo,

Ac dapibus Phœbi iam solidioribus aptos
Musis ostentant Aonidumq; choro.
Denuo Castalijs immergunt fontibus illum.
Qui charites nunq; dedecuisse potest.
Qui neq; Phœbeas currum molitus in arcis,
Anteaquam nōrit prima elementa fatis.
Se Iouis at samio elucturus in atria filo
Expedit, primos increpuitq; fores.
Tradunt Iunoni, septemq; deabus alumnos
Illos queis nunq; posthabuisse fuit
Dulce, rudimentum quamvis radicis amare
Non infœcunda frugis opisq; tamen.
Tunc uitæ series omnis felicius ibit
Iis quibus & magnum perdidicisse fuit.
Illas, Cœropio prisci quas more uocabant
Grammaticen λογικη Rhetoricamq; deas.
Quum prope cœlesti musæo asciscet, & intus
Latovi patris regna uidere sinet.
Ipsos Aonidum feret, inq; regalia ducet
Atria, Phœbeas Palladiasq; domus.
Hic ubi perficient tentoria eburna Minerua.
Et quoq; Smirnai pulpita celsa senis.
Hinc quis olympiacam si contempletur in aulam
Cui toto præsens pectori gliscat amor.
Viderit excelsis Charites in sedibus ille,
Fulgens aetherei militiumq; Iouis.
Pluribus occurret verum famulatibus inde,
Que rigat aethereo pectora nostra uado.
Explicit abstrusæ Physcos primordia mystis.
Confusi seriem principiumq; Chaos
Conseret hæc etiam nobis moderamina uitæ.
Morem uiuendi rectius illa dabit.
Panget & hæc leges magni retinacula mundi.
Scilicet hinc orbi regia sceptræ patent.
In uiridi tanto uiuunt helicone poetæ,
Et nondum geniti numina magna Dei.
Hic uetus Ariston nondum factiq; Solones,
Ubere sunt quorum sautia corda nero.
Omnis & immensi uiget hic Respublica mundi,
Hic magno sapiens cunq; Platone Thales.
Hic fons distillans diues hic copia cornu,
Hic uiret innumeris messibus alta Ceres.
Quam tulit inuictam studijs Germania pubes.
Hæc sedeam imo pectori fixa tibi.
Candide matuò triuias ambibis ephebe.
Namq; erit hæc studijs apta palestra tuis.
Cum Musis adeò forti luctatus eburno
Gnauiter Aonijs dimicuisse uelis.
Quippe uirens tandem cito palma sub alta curulem
Victricem niueis astra mouebit equis.
Qua semel euectus uitam uixisse beatam
Cœlestesq; domus emeruisse potes.
Hæc uolui proprio Lector tibi scribere uersus
Et rogo ne dura talia fronte legas
Sed recinas unæ facili præconia Phœbo
Sic quoq; non frustra me cecinisse feres.

Vale.

